

## Senatus consulta de aedificiis non diruendis.

**6043** Cn. Hosidio Geta, L. Vagellio cos.<sup>1</sup>, | X k. Octobr., s. c. |

Cum providentia optimi principis tectis quoque | urbis nostrae et totius Italiae aeternitati prospexerit, quibus | (5) ipse non solum praecepto augustissimo set etiam exempro | suo prodesset, conveniretq. felicitati saeculi instantis<sup>2</sup> | pro portione publicorum operum etiam privatorum custodi[a]<sup>3</sup>, | deberentque apstinere se omnes cruentissimo genere | negotiationis, ne[c] inimicissimam pace faciem inducere | (10) ruinis domum<sup>4</sup> villarumque, placere: si quis negotiandi causa | emisset quod aedificium, ut diruendo plus acquireret quam | quanti emisset, tum duplam pecuniam, qua mercatus eam rem | esset, in aera[rium]<sup>5</sup> inferri, utiq. de eo nihilo minus ad senatum | referretur. Cumque aeque non oportere[t]<sup>6</sup> malo exempro vendere quam | (15) emere, ut<sup>7</sup> venditores quoque coercerentur, qui scientes dolo malo | [co]ntra<sup>8</sup> hanc senatus voluntatem vendissent, placere: tales | venditiones inritas fieri. Ceterum testari senatum, domini[s<sup>9</sup> nihil] | constitui, qui rerum suarum possessores futuri aliquas [partes] | earum mutaverint, dum non negotiationis causa id factum [sit]. | (20) Censuere. In senatu fuerunt CCCLXXXIII. |

[Q.] Volusio, P. Cornelio cos.<sup>10</sup> VI non. Mart., s. c. | .

Quod Q. Volusius, P. Cornelius verba fecerunt de postulatione necessari[orum] | Alliatoriae Celsil[ae], q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.: |

Cum s. c., quod factum est Hosidio Geta et L. Vagellio cos., clarissimis viris, ante d[iem X.]<sup>11</sup> k. | (25) Oct. auctore divo Claudio, cautum esset, ne<sup>12</sup> quis domum villamve dirueret, qu[o plus]<sup>13</sup> | sibi acquireret, neve quis negotiandi causa eorum quid emeret venderetve, | poenaq. in emptorem, qui adversus id s. c. fecisset, constituta esset, [ut] | qui quid emisset duplum eius quanti emisset in aerarium inferre cogere[tur et eius qui vendidisset inrita fieret venditio]<sup>14</sup>, de iis autem, qui rerum | (30) suarum possessores futuri aliquas partes earum mutassent, dum modo | non negotiationis causa mutassent, nihil esset novatum; et necessari | Alliatoriae Celsil[ae]<sup>15</sup>, uxoris Atilii Luperci ornatissimi viri, exposuis[sent] huic ordini, patrem eius Alliatorum Celsum emisse fundos cum aedificiis in | regione Muliniensi<sup>16</sup>, qui vocarentur campi Macri<sup>17</sup>, in quibus locis mercatus a[g]i supe- | (35) rioribus solitus esset temporibus, iam per aliquod annos desisset haberi, eaque | aedificia longa vetustate dilaberentur neque refecta usui essent futura, quia neque | habitaret in iis quisquam nec vellet in deserta [a]cruentia<sup>18</sup> commigrare: ne quid | fraudi multae poenaq. esset Celsil[ae]<sup>15</sup>, si ea aedificia, de quibus in hoc ordine actum | esset, aut demolita fuissent, aut ea condi[c]ione<sup>19</sup> sive per se sive cum agris vendi- | (40) disset, ut emptori sine fraude sua ea destruere tollereque liceret. | In futurum autem ad-